ipso quoq; inueniri debet maximum frigus, cum ejus Coniunctione, feruidior Veneris gradus temperetur, ac ejus viuis Mercurius Coaguletur, atq; pari ratione, induratione sui, in optimū Corpus Auri fixi vertatur. Causa hujus est, quod omnes he proprietates, materie nostre, hujus Magni Lapidis per naturam infuse sint, que proprietates per gradus ignis excocuntur, & maturantur, donec summam perfectionem acceperint.

Quod fieri nequit, donec omnis superflua ignitas extincta, & omnis frigidior qualitas, in vero gradu moderationis Conueniant.

Omnes fructus Arborei, si ante tempus & maturationem decerpantur, inutile sunt. Et si figulus opera sua per ignem non sufficienter urat, non sunt idonea.

& circa nostrum Elixir respiciendum, & considerandum est ut iustum ipsi tempus tribuatur, ne ante illud bonitati ipsiq; quid detrahatur, Nam

festinatio, nostro Magisterio non conuenit, quia
per eam totum corrumpitur. Lapis enim noster
nisi sat: maturetur, nulla operatio matura ab eo
sperari potest.


In Balneo materia soluitur, & per putrefactione
ne unitur, in Cinere flores producit, in Ar
na omnis superflua humiditas remouetur.
Flama enim ignis uiua, proferet exactam
muratione cum fixitate. Non quod Balneo
Arenae aut Cinere opus sit; sed quod eo
du ignis regimen sit perficiendum. Nam Lapis
fit in furno vacuo, triplicis munitiois firmiter
obserratus, continuo igne Coctus, donec
omnis nebula euanescat, & vestis honorum
cum maximo splendore appareat.

Dico hoc modo, cum tua terra in propria sua
Aqua soluta fuerit, exicca aqua per ignem
debitum omnino, & tum aer nouam vitam in
rabit; Et cum hec vita incorporata fuerit, ha
bebis materia, quam merito nihil aliud habere
potest, quam Magnus Lapis Mundi qui humanum
et metallica Corpora penetrat ut Spiritus
estque Uniuersalis medicina absque defectu
Color eius a pellucido Colore declinat ad Purpureum,
a rubini ad granati Colorem, & in
pondere est potens, et grauissimus.



34v

Image ID: 33080556



VNDECIMA CLAVIS.

Ndecimā Clauē de augmentatione nostri Magni Lapidis per parabolā patefaciā, & hoc modo proferam. Iphigeneius dicitur, Orpheus dictus, habitans in Oriente, & valde diues, Germanā sororē Euripidē, in Coniugē sibi elegerat, Cum nullā verō ex ea prole susciperet, id peccatis suis adtribuens, feruentibus apud Deū precibus contendit, ut sibi gratiā impetraretur & votis suis satisfaceret Cum aliquandō somno obrutus, Vir alatus, Phebus dictus, ad ipsū accedens, calentes ejus pedes tetigit. Dicens postquā in multis difficultatib: & periculis superatis, ad Equestrē ordinē tandem adscitus es, & ad magnū dignitatis gradū euectus, venio ut tibi indicarem quod preces tue locū inuenerint: idcirco sumē sanguinem ex tuo latere dextro, & ex latere sinistro vxoris tue, & sanguinē, qui Patri, & Matri tue in ipso corde occultus fuit. Naturali jure saltē duplex, nihilominus vnus sanguis; **Hoc conjunge simul & fac iterum** ut ingrediantur globū Septē Magistrorū sapientiē, unde conclusi, tunc Genitus potentissimus nutritur sua Carne, & reficitur


tur suo sanguine honoris, quod si hoc ritē feceris
numerofā prole, & heredes de tuo Corpore
relinques: Verū scias, quod ultimū semen, in
octauā temporis mutatione, velut tuū pri-
mum semen, ex quo ab initio factus es, cu-
sum suū absoluet: Si hoc sepius facias, & ite-
rum *de nouo incipias* videbis natos natorū
quod magnus mundus, ex generatione min-
ris penitus repleatur.

Hoc finito sermone Phebus iterū euolauit,
& eques ē summo excitatus, omnia impera-
prosequabatur; & secundū suū propositū
copiosā prole numerauit; quē semper in
Equestri honori cum multis diuitijs per-
durauit. Qui jam bene circumspectus est
non maiore interpretatione, sed bono in-
tellectu opus habet. Plura enim & clari-
scribere nō licet: quia omnia clarius,
quā sit credibile explicauī. Materia
enim penitus suo nomine expressa Pri-
cipium, Medium, cum fine indicatū est



36v

Image ID: 33080560



DUODECIMA CLAVIS.

Vgil qui gladio nescit uti, ei inutilis est.
Quia ab alio expertiore, facile laedi potest.
Qui vero Palestre magisterium probe callet,
præmio potietur.

Qui tincturam ex Dei gratia, tandem assecutus
est, & eam ad verum usum perducere nescit, ei
parum utilitatis adferet. Cum vero hec duode-
cima, pro vltima Clauē ad conclusionem mei Li-
bri habetur; Non figurato discursu ulterius te
detenebo; Sed totam Clauē absolutissimo,
& vero processu aperiam. Ideo ad sequentē
doctrinam esto intentus.

um Medicina & Lapis omnium Sapientū, ex ve-
ro lacte virginis perfecte preparatus sit: Su-
me ejus vnam partem, & optimi purissimi auri,
per Antimonium fusi & purgati partes tres,
et in tenuissimas lamellas redige, mitte has simul
in tigillum in quo metalla liquefieri solent: Pri-
mo da ignem lentum per duodecim horas, de-
inde in liquefactione stet tres dies, ac noctes
continue: Tunc purgatum aurum, ac Lapis
mera medicina facta sunt, subtilissime Spiri-
tualis, & penetrantis proprietatis; Nam absque
fermento auri, Lapis operari non potest, aut
vim tingendi exercere: nimis enim subtilis est ac pe-
netrabilis, cum vero cum sibi simili fermento fermen-
tetur & coniungatur. Tunc tinctura preparata, in-

gressum

gressum in alia operandi accepit. Accipe deinde
fermenti preparati, partem vnam. & mitte partem
liquefacti metalli quod tingere velis. Tunc se
per summam veritatem ac fidem quod solus
illud in bonum & perfectum cursum permu-
tabitur: Nam Corpus unum apprehendit
aliud, licet non sibi simile sit, nihilominus
per vim & potentiam ipsi adiunctam cogi-
tur eidem assimilari, cum simile a simili
originem ducat.

Qui hoc modo procedit ipsi omnis certitudo
patefiet, & hec subtilitas nulli Creaturæ
comparanda est.

O Principium primi principij respice finem.


O Finis ultimi finis intueri principium.

Medium vobis autem commendatum sit
fideliter, Tum Deus vobis dabit, quod Spi-
ritu, Anima, & Corpore requisitum
habeatis.




38v

Image ID: 33080564




39r

Image ID: 33080565



39v


Image ID: 33080566





40v

Image ID: 33080568






Quae sunt in superis, haec inferioribus insunt:
 Quod monstrat caelum, id terra frequenter habet.
 Ignis, Aqua, et fluitans duo sunt contraria: felix,
 Talia si iungis: sit tibi scire satis!


41v

Image ID: 33080570




42r

Image ID: 33080571



42v

Image ID: 33080572




LAMBS PRINCK



Nobilis Germani Philosophi antiqui
Effigies.

43v

Image ID: 33080574



PRÆFATIO.

Lamsprinck vocor, natus ex nobili familia,
Et hoc stemma gero cum laude & jure.



Philosophiam legi, & bene intellexi.
Eruditione Præceptorum fundamentū attigi
Quod

Quod mihi Deus ex gratia sua largitus est
Dans mihi spiritum cum intellectu.
Ideo sum factus auctor huius libri
Et deduxi in hunc observabilem ordinem
Ut intelligant pauperes & divites,
Certe in terris non reperitur ipsi similis,
In quo mei (Deo sit laus) non sum oblitus.^{ratem}
Asssecutus enim sum verum fundamentum & verum.
Igitur hunc librum in silentio servate,
Et non poeniteat hunc sæpius legere.
Sic veritatem discetis, & accipietis,
Et hoc donum Dei magnum in bonum vertetur.
O Deus pater, quies in omnibus initium & finis,
Rogamus te propter D. nostrum Christum Jesum.
Ut illumines sensus rationis & cogitationes nostras.
Ut te laudemus, celebremus sine intermissione,
Et hunc librum secundum voluntatem tuam absolvamus.
Simulque omnia in bonum velis dirigere,
Nosque conservare in tua immensa misericordia.
Hoc fexit sancta tua majestas pro sua immensa
sa clementia.
Auxilio divino enumerabo vobis hanc artem.
Nihilque in veritate tecta vos celabo.
Postquam me recte & bene intellexeritis
Tandem erroris vestri liberi eritis.
Nam nihil plus est, quam unum
In quo omnia latent

Ideo

Ideo animum ne deijcite.
Coquere enim, tempus & patientia vobis
sunt necessaria,
Si vultis nobilissimis fructibus uti,
Non poeniteat vos temporis & laboris,
Nam semina & metalla vobis semper modice
coquenda sunt
De die in diem & aliquot septimanas
Tunc in hac unica vili re
Totū opus Philosophie invenietis & perficietis.
Quod quidem omnib: hominibus adeo im-
possibile videtur,
Cum sit adeo facilis & vilis labor. remus,
Quod si aliis monstraremus, & in lucē profer-
Irrideremur à viris, foeminis & pueris.
Ideo estote modesti & secreti,
Tunc eritis in pace & sine cura,
Nempe erga Deum & proximum
Quidat artē, & vult eam celari.
Nunc Præfationem omitemus,
Et veram describere incipiemus,
Et thythmi, figuris vere & plane,
Sine nugis; sine mendaciis in lucem dabimus
Gratias agendo Creatori omni creaturæ.
Et jam sequitur prima figura.

Philoz

Philosophi in genere dicunt,
Duos pisces in nostro mari esse,
Sine omni carne & ossibus.
Hi in propria aqua coquantur.
Tunc immensum ex his mare fiet,
Quod nullus homo eloqui poterit,
Hoc est Philosophorum decretum:
Duo pisces sunt tantum unum, hoc verum,
Tamen sunt duo & nihilominus unum
Corpus, Spiritus & Anima.
Nunc certè vobis sic dico,
Coquite simul hæc tria,
Vt sit maximum mare.
Postea vobis significabitur
Quando magnum incrementum habueritis.
Ideo coquite sulphure benè,
Nec multa verba ea de refacite
Tace & reconde hæc tuo magno commodo,
Ita eris liber ab omni paup'erie.
Os tuum adeo compesce.
Sic tuus labor nulli innotescet.

Animaduertite, & recte intelligite
Pisces duos in nostro mari natate.

PRIMA FIGVRA.



Mare est Corpus, duo Pisces sunt:
Spiritus, & Anima.

Philosopus in præsenti ait
Ferā esse in sylva,
Nigredine prorsus obductam,
Cui si quis caput amputabit,
Tunc penitus nigredinem amittet,
Et candidissimum colorem eliget.
Cupitus huius verum intellectum,
Nigredo nominatur caput corui.
Quam primum hæc evanuerit,
Mox apparet albus color.
Hoc tū demum vocatur, capite spoliatus
Cum nigra nebula perierit, credite mihi.
Hoc igitur dono Philosophi
Ex animo gaudent,
Celant summa cum diligentia,
Vt nullus stultus hæc sciat.
Tamen Filij suis dono animo
Nomihil scribendo retegunt,
Nempe quibus à Deo datum.
Hi, hac ratione hoc potiuntur dono
Ideo nulli hac de re dicendum,
Siquidem Deus hæc celari vult.

Hic celeriter animaduertite
Nigram feram in sylva.

SECUNDA FIGURA.




PUTREFACTIO.

Philosophi dicunt strenuè,
Duo animalia esse in hac sylva;
Vnum laudabile, formosum et alacre:
Magnus & robustus cervus.
Aliud unicornu, monstrat Philosophus,
Hæc duo in sylva latent omnino,
Sed beatus vir dicetur;
Qui hac irretiet & capiet,
Magistri nobis clavis verbis
Significant hic, & in omnibus locis
Hæc duo animalia in sylvis vagari.
{Tamen sylvam rem unam intellige}
Quod si ad fundamentum respiciamus,
Tunc sylva corporis nomen accipiet.
Tamen etiam certè & rectè inuenietur;
Unicornu esse Spiritum omni hora;
Cervus verò nullum aliud nomen cupit
Quam anima: Quod nomen ipsi nemo subripiet.
Nunc etiam justum est, ut magister vocetur;
Qui ea arte ducet & frenet
In sylvam ducere & deducere
Vt simul coacta maneant
Huic rectè à nobis adjudicabitur
Illum assecutum esse auream carnem
Et ut triumphet ubique.
Imo ipsi magno Augusto imperitet.

Dei

Deinceps sine cura scitote
In sylua Cervum, & Unicornum latere.

TERTIA FIGURA.



In Corpore est Anima, & Spiritus.

Fideliter nos Philosophi docent
 Duos leones ambulare robustos
 Nempe masculum, & foeminam, in valle tenebrosa & hor
 Latereque & artis esse, ut capi possint
 Horrida, crudeli facie & imagine
 Celeres, effrenes & prorsus feroces,
 Quos, qui sapientia & astutia
 Irretire, frenare & asseruare noverit,
 In eandemque sylvam cogere poterit,
 Huic merito & iure ascribetur
 Eum adeptum esse coronam & gloriam longe
 Imo & laudem praeripuisse sapientibus huius
 temporis.

Est

Est summum portentum
Ex duobus Leonibus unum fieri.
QVARTA FIGVRA.



Et Spiritus, & Anima sunt coniungendi, & redi-
gendi ad corpus suum.

Alexander ex Persia scribit
Lupum & canem in hac argilla esse ^{tur},
Educatos, tamen à Philosopho nobis indica-
trumque unam habere originem,
Lupum scilicet ab Oriente provenire,
Canem verò ab Occidente ortu suu trahere.
Hi sunt invidia pleni,
Rabiosi, furibundi & prorsus amentes,
Unus alterum vita privat,
Et ex his maximum venenum oritur.
Sed cum denuo vita potiuntur,
Tunc re vera de se prebent
Summā medicinā, & nobilissimā Theriacā
Qualis unquam in terra haberi potest,
Quæ recreavit sapientes cujusvis temporis
Qui Deo gratias agunt, eumque laudant.

Lupus

Lupus & Canis sunt in una domo
Postremo tamen ex his vnum fit.

QVINTA FIGURA.



Morificatio, & albificatio, corporis conjun-
ctique cum Anima, & Spiritu imbibitio.

Horrendus Draco sylvam incolit
Summè venenosus, huic nihil deest:
Cum videt radios Solis, & lucidū ignē
Tunc diffundit suū venenū & volat tam
monstr^{us}asē
Ut nullum vivens animal ante illud subsistat,
Ut neque Basiliscus ipse ei par sit
Qui illum sapienter occidere norit,
Hic evadet ex omnibus periculis,
Omnes venæ & colores in eius morte augentur.
Et fit ex suo veneno summa medicina.
Suum venenum subito consumit,
Devorat enim propriā venenatā caudā.
Hæc omnia in se ipso perfigere cogitur.
Et laudabile balsamū inde ex illo fluit,
Hos vires tandem conspicient, bunt.
Et mirè omnes sapientes super his gaude =

Hoc

Hoc verè est magnū miraculū, & cita fraus,
In venenoso Dracone summā medicinā inesse.

SEXTA FIGVRA.



Mercurius rectè, & chymicè præcipitatus, vel
sublimatus, in suā propria Aqua resolutus, &
rursum coagulatus.

Nidus in sylva reperitur
In quo Hermes suos pullos habet,
Unus semper conatur volatum,
Alter in nido manere gaudet,
Et alter alterum non dimittit.
Infinus, supremum sic tenet
Ut simul in nido manere cogatur:
Tanquam vir in domo cum sua Coniuge,
Coniugio arctissimè copulati.
Hinc gaudemus omni hora
Quod aquilã foeminã hoc via tenuerimus.
Propterea Deũ Patrẽ ut felicitẽ hoc oremus

Duæ

Duæ aves in sylua nominantur,
 Cùm tamen saltem una intelligatur.
SEPTIMA FIGURA.



Mercurius sæpius sublimatus, tandẽ figitur, ut
 non amplius aufugere, & auolare per vim ignis pos-
 sit: Tòties enim sublimatio reiteranda, quo usque fi-
 xus fiat.

REperitur in India amœnissima sylua,
 In qua duæ aves sunt colligatæ:
 Una est colore albiſſimo, altera rubro,
 Hæ ſe inuicem mordendo interimunt,
 Una alteram deuorat, & conſumit; ^{tantur.}
 Vtræque tamen in albas columbas transmut-
 Ex columba noua naſcitur Phenix,
 Quæ nigredinẽ fœtorẽ & mortẽ dimiſit,
 Vt ſic novam vitam reſumpſit.
 Hæc vis ipſi à Deo data, ^{moriatur,}
 Vt in poſtremũ æternũ vivat, & nunquam
 Acquiſiuit nobis diuitias, & vitã incolumẽ;
 Vt hoc magna miracula edamus
 Vt nobis veri Philoſophi manifeſtẽ deſcribunt.

Duæ

Corp
vel b
olim
albū
ad p

Duæ aves sunt nobiles, & magni pretij,
Corpus, & Spiritus, alterum consumit.

OCTAVA FIGVRA.



Corpus iterum ponatur pro digestionem in finem equinum,
vel balneum, superfuso suo aere, vel spiritu à corpore
olim subtracto. Corpus factum est per operationem
album, Spiritus vero ruber arte. Finem opus tendit
ad perfectionem, præparaturque sic Lapis Philosophorum.

Nunc audite mirabile factum,
 Magna enim vos docebo,
 Qualiter Rex se super omne genus efferat,
 Et audite quid nobilis sylvarum dominus dicat,
 Hostes meos omnes superavi & vici
 Venenosumque draconem pedibus meis subegi,
 Sum Rex eximius & dives in terris,
 Me nemo superior natus
 Nec artibus, nec natura
 Ab omni viventi creatura:
 Omnia enim facio quae homo cupit,
 Do potestatem, salutem durabilem,
 Insuper & aurum, argentum, gemmas, pretiososque
 lapillos,
 Omnemque medicinam maximam & minimam.
 In primis enim eram genere ignobili, ^{essem.}
 Antequam tam sublimi loco natus & constitutus
 Et quod ad tantum fastigium devenerim,
 Hoc mihi Dei & naturae beneficio datum est.
 Quodque ex pessimo sit factum optimum,
 Et ad tantum gradum erectum sit
 Nempe ad statum regium,
 Hinc mihi Hermes nomen sylvarum domini tribuit.
 Domi-

54
 Dominus sylvarum potitus est suo regno,
 Et ab infimo ad supremum gradum conscendit.
NONA FIGVRA.



Si Fortuna volet, fies ex Rhetore Consul.
 Si volet hæc eadem, fies ex Consule Rhetor.
 Intellige primū Gradū Tincturæ verè apparuisse.

OMnes fabulæ hæc nobis narrant,
Vt Salamandra oriatur ex igne,
In quo suum habeat cibum & vitam.
Quæ ipsi natura dedit:
Habitat autem in monte profundo,
Ante quem multi ignes inceduntur
Vnus altero minor,
In quo se Salamandra lauat;
Tertius major, quartus clarissimus omnium:
Hos omnes Salamandra lustrat & in ipsis mundatur.
Hinc ad suam properat foveam
Et in ipso itinere capitur et confoditur,
Ita ut moriatur & vitam cum sanguine emittat.
Hoc quidem ipsi undiquaque in donum cedit,
Vitam perennem suo sanguine lucratur
Nec ulla morte post hac perire potest.
Sic sanguis ipsius pretiosissima est medicina in terris,
Et ipsi par non reperitur,
Omnem enim morbum sanguis ejus propellit
In omnibus metallis corporibusque animalium & hominum.
Hinc Sapientes suam hauserunt Scientiam.
Et per hoc ad cœleste donum peruenerunt,
Quod Lapis Philosophorum dicitur,
Cui totius Orbis vires sunt inditæ.
Hæc nobis Philosophi mera ex benevolentia donant
Vt eorum perpetuo reminiscamur.

Sala=

Salamandra vivit in igne,
Ignisque hanc mutavit in optimum colorem.

DECIMA FIGURA.



Reiteratio, gradatio, & melioratio Tincturæ, vel
Lapidis Philosophorum Augumentatio potius
intelligatur.

Senex Pater ex Israel venit,
Qui habet unicū tantūm filium
Quem diligit ex toto corde:
Huic præscribit dolorem cum dolore
Ac si ductor filium unicum ducere
Quocunque locorum cuperet aut vellet.
Ductor dixit filio his verbis,
Veni huc, ducam te ad omnia loca,
In summum altissimi montis cacumen,
Vt discas omnes mundi scientias;
Vt magnitudinem mundi & maris perspicias,
Et inde magnam voluptatem capias,
Ad summum enim te proveham,
Et usque ad altissimas cœli fores.
Filius verbis ductoris paruit,
Cum illeque simul ascendit.
Thronum cœlestum inspexit,
Qui erat supra modum splendidus.
His igitur omnibus visis,
Cum gemitibus patris sui memor,
Misertus est magis miseriæ Patris,
Ideo ad sinum ejus reverti constituit.

Pater,

Pater, Filius, cum ductore sibi sunt juncti manibus, 56
Corpus, Spiritus, & Anima, hic subintelligitur.
UNDECIMA FIGVRA.



Pater,

Hic Filius ductori dicit,
Ad Patrem meum descendam;
Sine me enim nec esse, nec vivere potest:
Me ingeminat crebroque vocat.
Ductor ad Filium dixit,
Non te solum dimittam,
Duxi te è sinu Patris;
Igitur te reducam.
Ut & rursum gaudeat, & vivat;
Ipsique dabimus hanc vim,
Surrexerunt igitur sine mora ambo,
Adque Patris repetierunt.
Pater venientem Filium cum vidisset,
Intenta voce clamavit, dicens.

Alius

Alius mons Indiae in vase jacet,
Quem Spiritus, & Anima, utpote filius, & dux, con-
scenderunt. **DVODECIMA FIGVRA.**




Alius

O Fili te absente mortuus eram,
Simulque in magnum discrimen vitæ veneram.
Te præsentem revivisco;
Tuus enim reditus hoc mihi confert gaudium.
Cum vero domum Patris ingrederetur filius,
Hunc Pater manibus amplexatur,
Præ nimioque gaudio hunc deglutivit,
Idque proprio sui ipsius ore.
Pater hic præ nimia vi sudat.

Hic

Hic Pater devorat Filium:
Anima, & Spiritus è corpore promanant.
DECIMATERTIA FIGVRA.



Hic

Hic sudat Pater propter Filium
Simulque Deum intimo corde precatur,
In cuius manu erant omnia,
Qui creat & creavit cuncta,
Ut Filium suum ex corpore denuo educat,
Eumque pristina sua vita donet.
Deus precibus annuit,
Patremque decumbere & dormire jubet.
Qui cum dormiret,
Dimittit Deus coelitus pluviam
Interras per sydera lucida.
Hæc pluvia frugifera & argentea erat,
Corpus Patris rigavit & emollivit.
Iura nos Deus tandem
Ut gratiam tuam assequamur.

Hic

Hic vehementer ludat Pater,
Oleũ, & recta Tinctura Philoſophorũ ex eo promanat.
DECIMA QVARTA FIGVRA.



Hic

Hic dormiens Pater
Totus in limpidam mutatur aquam,
Et hujus aquæ virtute
Bonum conficitur solum
Simulque novus Pater fortis & pulcher
Quique facit novum Filium,
Hic in Patre semper manet,
Et Pater in Filio:
Sic in rebus diversis
Innumerabiles proferunt fructus,
Qui nullo tempore pereunt,
Nec ulla morte intereunt,
Sed gratia Dei semper manent.
Simulque in magnifico regno triumphant
Pater, cum Filio una in sede resident,
Senisque magistri facies
In medio apparet,
Pallio sanguineo vestitus.

REGI SECVLORVM INVISIBILI, IMMORTALI,
soli Deo sit laus & gloria in secula,
Amen.

Hic

Hic Pater, & Filius in unum sunt copulati,
Ut simul in æternum manent.

DECIMAQVINTA FIGVRA.




hant

ORTAL
ula,

H

60v

Image ID: 33080608




61r

Image ID: 33080609



61v

Image ID: 33080610






62

Cremeri Abb: Westmonasteriensis. Angl: Ben: Ord:

62v

Image ID: 33080612







MICHAELIS MEIERI

63v

Image ID: 33080614






64v

Image ID: 33080616





65v


Image ID: 33080618





66v


Image ID: 33080620






67v


Image ID: 33080622





68v


Image ID: 33080624






69v

Image ID: 33080626




70r

Image ID: 33080627



70v


Image ID: 33080628






71v

Image ID: 33080630




72r

Image ID: 33080631




72v

Image ID: 33080632




73r

Image ID: 33080633



73v

Image ID: 33080634



Nummi crassities




In altera nummi facie, sequentia,
eo quo posita sunt ordine,
legebantur.

PARIS

HÆC UT HOMINIBVS
EST ARS: ITA RARO IN LUCEM
PRODIT: LAUDETUR DEUS
IN ÆTERNVM QVI PARTEM
SUE INFINITE POTENTIE
NOBIS SUI ABIECTIS
SIMIS CREATVRIS
COMMUNICAT.

74v

Image ID: 33080636



CANZONE di **RIGINIO**
DANIELLI Iustinopolitano

Nella quale si tratta la **Filosofica** **Arte** del
LAPIS de **FILOSOFI**.

El mi diletta de dir breuemente,
 Tun' i Secreti dell' **Arte** Felice,
 Dal summo a la radice
 Non sincopando dal mezzo niente:
 Però ne prego la **S**umma **C**lemenza,
 Che mi conceda grazia d' aprire
 Ogni **S**ecreto, e dire
 Di quelli ch' han parlato in questa **S**cienza.

Chi vol seguire adunque il dritto **C**ale,
 Non tiri l' **Arte** fuor del naturale,
Sol, **L**una, & **M**ercurio ti basta
 Per far la buona pasta;
 Et non vi poner dentro **S**eme vario,
 Che la natura non giunge il contrario.

I Padri nostri per diverse vie,
 Sono tutti venuti ad un' effetto;
 Ch' ogn corpo imperfetto
 Han sanato de varie malatie,
 Alcuni hanno diuisi gl' **E**lementi,
 L' **A**cqua da l' **A**er dico, e quel dal **F**uoco
 Et po' a puoco, a puoco,


Renificando gl'han fatti lucenti,
Et poi gionti insieme in una essentia
Con la so' virtù della quinta essentia.
Altri sublima, Calcina, e Dissolue,
Et cerando riuolue,
Poi così congelando fan fissione,
Ma la prima op'ra è la putrefattione.
Ma nota ben, che non fusti in errore,
Ch'è una cosa sola in che son fitti,
Gl'**E**lementi preditti,
L'**A**nima, il **C**orpo, il **S**pirito, e l'**V**more,
Et anco in essa quattro, tre, & uno
La **Q**uinta essentia, e **C**alce con **F**ermento
Mercurio, **O**ro, et **A**rgento,
Insieme tutti, e diuisi in ciascuno,
Come nell'**V**ouo la **C**hiara col **G**iallo
La tela, il Scorzo, & il Seme del Gallo.
Piu charo esempio non ti so trouare,
Però debbi notare,
A chi tu poni mano, e poi pratica,
Ch'alcuno si tien mastro e moltoratica.
Quando componi non t'escà di mente
Ch'a far la pasta, che sia bona, & fina,
Gli vuol acqua, e farina,
Et fermento a la pasta condecente,
Et similmente se senza fermento

76
Lauori, ò senza acqua, o bona farina,
La nostra medicina,
Ti trouerai le man piene di **vento**
Et per ridurti ogni tenebra in fulgo
Nostro **M**ercurio non è quel del **vulgo**;
Et non di cosa morta, ma ben di viua,
Si forma questa diua,
E sana medicina, che riduce
Ogni corpo imperfetto a vera luce.
Alcuno piglia la **Pietra recente**,
E senza farla in altra diuisione,
In un vaso la pone,
Ben sigillato con sigillo ardente;
Ponendolo poi nel suo dolce letto,
Et quilo cuoce per fin ch'è perfetto
Ma nota ben la meta,
Che nel Vulcano stà tutto l'effetto,
Et tutta l'arte si fa in un vasello,
Con lento fuoco, & sol in un fornello,
Qui si sublima, solue, & si distilla,
L'aura, discende, humilia,
Incera, putrefa, calcina, e fissa,
Qui s'occide, & suscita per se stessa.
La **P**ietra nostra è di cosa animata,
Et preciosa, & soaue, e gentile,
Ma pur nel prezzo è vile,
Considerando la virtù celata,
Gia non farà però che non ramenti,
Nel tempo, nel qual molti son decetti,

Et anche altri defecti,
Che fanno gl'operanti tristi, e lenti.
Il minor tempo è di noue mesi,
Testanti li Filosofi cortesi.
Ancora mostri dimolti colori,
Com' un prato di fiori;
Ma poi nel nero ogni color s'attacca,
E presso il fine si mostra di biacca.
Poi per la decottione più lontana,
Diuenta tutto quanto in color d'Oro,
Con un sì bellauoro,
Che la letitia ad ogni mente sana:
Vn altro segno ancora manifesto,
Sela decottione tua è finita,
La fumosità uscita,
Et ferma ne sta senza altra molestia.
Ancora dirò della proietione
La quale hà già fallito assai persone,
Poi che non fuma, & che non fa più moto
Fa che sia esperto, e dono
Et guarda ben che medicina alcuna
Non poni, se non sopra **Sol**, o **Luna**.
Ma perche cade un peso sopra mille,
E più s'il tuo Elissir è perfetto,
Fa che tu sia discreto,
Et quel ch'io dico non tener per vile,
Piglia una dragma de la **M**edicina,
E diece dragme di **M**ercurio mondo,
Et metilo nel fondo


77r

Image ID: 33080641




77v

Image ID: 33080642




78r

Image ID: 33080643




78v

Image ID: 33080644




79r

Image ID: 33080645




79v

Image ID: 33080646




80r

Image ID: 33080647




80v

Image ID: 33080648




81r

Image ID: 33080649



81v

Image ID: 33080650



[Back pastedown]

Image ID: 33080651



[Head]

Image ID: 33080652



[Tail]

Image ID: 33080653



[Fore-edge]

Image ID: 33080654



[Spine]

Image ID: 33080655



[Back cover]

Image ID: 33080656

